

²¹
B2281

LAVREAM PHILOSOPHICAM
 NOBILISSIMO
 CLARISSIMO AC DOCTISSIMO
**DN. THEOPHIL
 MEZIBRODSZKYO**
H. T. ALVMN. HVNG. BIBLIOTHECARIO
 ATHENIS PROPTER ALBIM
 FELICI OMINE
 PRID. CALEND. MAIAS A. R. S. M DCC XL
 OBLATAM
 GRATVLANTVR
 GEORGIVS GREGVSCH, THVROCZ. HVNG.
H. T. ALVMN. HVNG. BIBLIOTHECARIVS
 SAMVEL CSERNANSKY, TRENTSIN. HVNG.
ET
 IOHANNES PALTSEK, THVROCZ. HVNG.

VITEMBERGAE
 LITERIS TZSCHIEDRICHIANIS



i quis es insultes qui casibus HVNNIDIS orae
Hancque ream dempto fine cruentus agas.
Non homo, sed duris genu te cautibus horrens
CAVCASVS, et TIGRIDIS lactis es altus ope.
Quis gradus vltior, quo se Tu porrigit IRA
Restat, quidue eius cernis abesse malis

Barbara CHRISTICOLIS gens spirans fulmina et ignes

Vicinam late depopulatur humum;

Regno nunc isti pelluntur, sedibus hospes

Nunc fugit antiqui exiunquamque timet.

Purpleam vomit ille animam stupet anxius iste,

Iamque nec est vitae, concius ipse suae.

Pars agitur vinclis post tergum capta laceris

Quas oculis visas dixeris esse feras.

Pars cadit ignita multo cum sanguine glande

Ensis et innumeros, quam peracutus habet!

Non secus ac aestate graues sternuntur aristae

Et matura CERES falce reflecta cadit;

Plurima sic biuui sternuntur inertia paflim

Corpora, belligeri praecipitesque cadunt.

Nobilitas cum plebe perit. Non hic iuuat aetas

Et senis extremum praecipitasse diem

Non piget, infantis primoque in limine vitae

Crudeles misera tingere caede manū.

Nec quibus infractae proprio stant robore vires

Parcitur, haud quibus et flos inuenilis adest.

Nullaque matronis castis, tenerisque puellis,

Nulla malis superest gratia, nulla probis.

Quocunque adspicies luctus gemitusque sonabant

Adsiduas lacrumas angulus omnis habet

Filius ipse patrem, pater at dulcissima lecti

Pignora terribili voce perempta dolet.

Alma gemit mater natam, sed nata parentis
Portat ad exstrūctos corpus mane rogos.
Vxor amans flentem flens acris ipsa maritum
Ait ficer, heu, generum, socrus et ipsa nurum,
Hancque nurus versis, illum gener indolet vndis
Quae facies Troiae, cum caperetur, erat.
Deiciuntur enim altis radicibus arces,
Maenia prolaplo luſtificoque ruunt
Mec tamen et ruris pecus, et stridentia plaufra
Nec genus hoc reliquum mitior ira manet,
Cumque vel exiguae habeat miser incola certe
Vel nullas, at et hae diripiuntur opes.
Quaeque nequit secum gens barbara ducere, perdit,
Et cremat infontis vilia teſta caſae.
Terra inculta iacet, cerealia demerit arua
Nullus adeſt aut qui vomere fulget humum.
Haec fequuntur rabies preſſe velut improba ventris
Oraque tub iuga dat mortis alumna famies
Quotque ferox iuſſit MAVORS ſuperēſſe lagitis
Mortales, lenta deuorat ille fame.
Et ſicuti ventis voluuntur marmore fluctus
Aeſtus agunt aeſtus perpetuoque premunt;
Sic quoque, Pannonicas terras atque incluta teſta
Perpetua ſerie fors oneroſa premit
Neue quid aduersorum aliquis putet eſſe reliquum
Corpora lethalis corripit uſque lues.
Non locus in tumulos iam ſufficit vlla cadentum,
Hoc nec APOLLINEA qui leuet arte malum eſt.
Corpora iunguntur paſſim iuenumque ſenumque
Paſſim etiam nullo contumularunt humo.
Quique tulit facilis olim coluitque penates
Nunc fugit iratos exitioque graues.
Cuique ſua iniuia eſt domus, et funesta videtur
Blanda parens natae natus et ipſe patri,
Definit hic fului ſitii infatiabilis auri
Diuiniſque altus luxuriosus amor.
Definit et vanae laudis furioſa cupidio
Quemque ſubit tumuli maxima cura ſui.
Singula quid referam? nam quis velit illa referre
Aut ſi forte velit, quis potis eſſe queat?
Omnia terrificis voluuntur ad ima ruinis
Ut credas mundum nunc quoque ſumma pati.
Relligioſa DEI clauduntur limina partim
Partim etiam, nullo ſubueniente, cadunt.
Quaeque patent fere nuncce pateſcunt illa malis, quae,
Hei mihi, quod rapuit vana ſuperſtitio.

Rarus adeſt, qui animum placetque leuetque facerdos
Et doceat ſummi myſtica ſacra DEL.
Cuncta que cum iaceant fulget tamen vnicā virtus
Spes tamen, vt viridi gramine prata, viret.
Subſequeris MECIBRODSKIADES veſtigia grefſu
Virtus namque Tibi ſemper amica fuit.
Nonque dolos fraudemque aftuto peſtore verſas
Signa ſed imprimis candida fronte geris.
Quoſque tulit natura dies melioribus ab TE
Moribus impenſos quia neget vſque rudis
Quo DEVS et bona fata trahebant rite fecutus
Vix TIBI vel quodquā tempus abibat iners
Magnum animum, numen, corpus ſi denegat ingens
Ingeniumque TIBI praecipuum tribuit.
Non male ſana TVAM vexat prudentia mentem
Et facies placida et pēctus, Amice, TIBI:
Parturiunt alii montes, ſed ridiculus mus
Naſcitur at tua non pondere verba carent.
Sique aliis placeat ventosa ſuperbia, veſtis
O mileros homines! hiſ PHAEONTIS equis
Inprimis mitis poſitoque per omnia fastu
Nunquam ventola nobilitate tumes
Foedus amicitiae feruas venerabile ſemper
Statque TIBI ad finem longa tenaxque fides
Neue cupidineos prauosque ſequeris amores,
Cara TIBI AONII turba nouena iugis.
Indeque nunc Phoebus cingit tua tempora fertis
Fertque hilaris meritis praemia digna TVIS
Haec TIBI dilectos inter fors prima ſodales,
Gratamur, Salue, perpetuumque Vale.



Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle
006 310 079

3



6017
6018

culus artes,

ibris.

paravit, Apollo

comas.

beatus,

de ferens.

il. Kirchmaierus,

t. Decanus.

tendis avitam,

nia digna refert.

oribus augē,

quā

us

ch

Pro

do

al

ch

ni

as

pi

fin

ef

re

a

hu


g

n

ci

ap

ea



LAVREAM PHILOSOPHICAM

NOBILISSIMO
CLARISSIMO AC DOCTISSIMO

DN. THEOPHILO MEZIBRODSZKYO

H. T. ALVMN. HVNG. BIBLIOTHECARIO
ATHENIS PROPTER ALBIM

FELICI OMINE

PRID. CALEND. MAIAS A. R. S. MDCXL

OBLATAM
GRATVLANTVR

GEORGIVS GREGVSCH, THVROCGZ. HVNG.

H. T. ALVMN. HVNG. BIBLIOTHECARIVS

SAMVEL CSERNANSKY, TRENTSIN. HVNG.

ET
IOHANNES PALTEK, THVROCGZ. HVNG.

VITEMBERGAE
LITERIS TZSCHIEDRICHIANIS